In qua parte Auicenna ostendit ubi maxime oportet euitare istud regimen: quod dicitur est. scilicet pforare ante maturationem. et primo ostendit hoc in apostematibus a parte locorum in quibus fiunt. secundo ostendit absolute de pforatione ubi debet euitari. et hoc a parte apostematum secundum se. et ibi. (Et scias quod pineales) Dicit ergo primo. Et loca conuenientiora ad expectandum ut in eis maturetur etc. In istis ergo locis debet euitari: ne exitura pforetur ante maturationem. Sed intellige: ut dicit hic Albucasis: et bene quod ex locis carnosis excipitur exitura ani: cuius perforatio non est expectanda vsquequo materia digeratur: imo debet: ut dicit Albucasis cruda existente materia pforari: ne profunditas eius elongetur ad interiora ani et fiat fistula. Sed Aui. hic de hoc non fecit mentionem: eo quod de hoc fecit mentionem in tertio libro: ubi determinauit de apostematibus ani. Deinde cum dicit.

**Et scias quod pineales eleuate acutoz capitum parum indigent perforatione neque ante maturationem neque post ipsam.**

In parte ista Aui. ostendit absolute in quibus exituris debet vi-

tari pforatio ante maturationem: et post maturationem. et patet quod dicit. quia tales exiture pineales propter caliditatem et subtilitatem materie ipsarum rumpuntur per se. et ideo in talibus non est pforatio facienda. imo si rumpantur cum ferro fiunt apostemata ista vehementiora. et plus inflammantur ratione caliditatis et subtilitatis materie istarum exiturarum. unde melius est quod dimittantur per se rumpi.

**Regimen maturationis et ingenium ad faciendum pus in exituris apparentibus. CAP. XXVIII.**

**Medicinarum maturatiuarum caliditas oportet ut sit prima caliditati corporis et sit eius inniscatio quedam.**

Supius Auicenna posuit regimen et curam exiturarum extrinsecarum in vniuersali. In parte illa Aui. ponit regimen ipsarum in speciali. Diuiditur autem hec pars in partes duas. In prima parte ponit regimen ipsarum in speciali quantum ad maturationem in speciali ponendo emplastra medicinas in speciali que habent maturare apostemata. In secunda parte ponit regimen ipsarum in speciali quantum ad eruptionem ipsarum. secunda ibi. (Cum inuenis exituram grosse cutis etc.). Primum capitulum diuiditur in duas partes. Primo ostendit generaliter qualis complexionis debet esse medicina maturatiua. secundo ponit in speciali medicinas maturatiuas. et ibi. (Et de illis que sunt in primis gradibus etc.) Dicit ergo primo medicinarum maturatiuarum caliditas oportet ut sit prima. id est similis caliditati corporis: supple in quo debet sanies generari. quia ut dicit Galienus in libro secundo de simplicibus medicinis: medicina autem qualitas siue complexio que adiunat ad generandum sanie debet esse temperata similis nature corporis in quo administratur. Nam cum natura corporis sit calida et humida. oportet etiam hanc medicinam caliditatem et humiditatem habere. ita quod etiam debet habere caliditatem actualem: et non solum potentialiter: quod potest extrahi ex textu Gal. cum dicit quod male digerentes applicabant sibi ad stomachum infantes ut ab eorum actuali calore inuarentur digestiua. Sic etiam cum in conuersione ad sanie sit digestio: eo quod est operatio virtutis naturalis digestiue: quia eadem virtus digestiua operatur in inuatiuo et nocituo: secundum quod ponit Aui. in primo. ideo medicina que debet inuare virtutem naturalem digestiuam ad maturandum debet habere caliditatem actualem preter potentialem. Et hoc etiam dicit Serapio in libro de simplicibus capitulo de medicina maturatiua. Et ipsa. scilicet medicina maturatiua non habet facere istam operationem cum qualitate sui caloris. scilicet solus. sed potius cum quantitate eius ita quod si posse est: quod manet non separetur ab applicatione continua membri in quo necessaria est generatio sanie. vel aliquid aliud membrum applicatur ei. citius generaretur sanies in eo quam in alio modo. Et ideo concludit ipse Galienus. talis medicina erit in ultimo assimilationis complexionis corporis illius. scilicet in quo est necessaria generatio sanie: cito ergo debet esse medicina maturatiua caliditatis et humiditatis equalis caliditati et humiditati corporis in quo debet fieri generatio sanie. et quia corpora humana sunt diuersarum complexionum. ideo etiam medicina maturatiua in diuersis corporibus debet esse diuerse complexionis. non tamen quod hec medicina quantum est ratione sue complexionis non solum debet habere respectum ad complexionem corporis: sed etiam ad naturam apostematis: quia in apostematibus frigidis competunt medicinie maturatiue magis acute quam in calis: sicut extrahitur ex dictis Serapio in predicto capitulo. et ideo Aui. et alij auctores ponunt diuersa emplastra maturatiua non solum habendo respectum ad diuersas complexiones corporum. sed etiam ad diuersas qualitates apostematum. Unde quando dicit Aui. quod caliditas medicine maturatiue debet esse prima caliditati corporis: debet intelligi. id est caliditati membri ut in ipso est

apostema: nunc autem si est in eo apostema frigidum cum calor membri sit infundatus a materia existente ibi frida oportet fortius esse calidus maturatiuum in ipso quod in apostemate calido in quo calor membri supercalefit et inflamatur. et sit in eis. scilicet medicis imaturatiuis iuiscatio quedam. hoc est. et debent etiam medicis maturatiue propter hoc quod sunt calide humide esse glutinose cum quadam opilatione et iuiscatione. Et causa huius est duplex. Una est quam ponit Serapio in predicto capitulo assignato. Oportet enim ut sit viscosa ut faciat additionem substantie caloris inani claudendo poros corporis et in claudendo vapores iterius. et hoc est necessarium in generatione sanie. quod dicit ipse conuersio que fit ad sanie est una ex operatiombus naturalibus que est conuersio et alteratio cum qua est etiam partus digonis. Et necesse est quando volumus ut aliquid digeratur quod custodiamus iterius multitudinem spirituum. Et ideo medicis maturatiue debent esse cum quadam iuiscatione et opilatione. Alia causa est quam ponit Aui. in secundo capitulo de operationibus medicinarum singularium. Dicit. n. quod in medicina maturatiua debet esse virtus contractiua. id est virtus iuiscans et opilans retinens humorum quousque digeratur: et non resoluat laboriose et sepe humidus ab ipso sicco. id est et separet subtile a grosso terrestri et est adustio. id est sic facit adustio. Causa igitur propter quam medicina maturatiua est viscosa est duplex. Una est ut conseruet calor et spiritus digerens et non exalet. Alia est ut non fiat resolutio laboriosa et separet subtile a grosso quod est postea difficilis resolutionis.

¶ Alterius notandum est quod facta est mentio quod generatio sanie est operatio naturalis virtutis digestiue: quod spiritus eius quod in corpore alteratur sunt tres sicut posuit Gal. de simplici medicina in sermone de medicina maturatiua. vna. n. est alteratio que fit secundum cursum nature et a solo naturali calore: sicut digestio cibi in stomacho et chylus in epate et sanguis in omnibus membris etc. Altera vero est alteratio non secundum cursum nature. imo ab extraneo et actuali fit calore sicut accidit in omnibus rebus que putrescunt. et ille spiritus sunt contrarie. Spiritus autem tertia est permixta ex istis iter utraque media et accidit hoc apud sanie firmitatem: quoniam fit partim a calore naturali et partim ab accituali. et ideo naturalis calitas non vincit materiam vere. et illud est etiam: quoniam est alteratio accitua in materia non bona bonitate pura. Et intellige hic quod dictum est in sanie laudabili: sicut dicitur est supra. quod in sanie illa laudabili est plus alteratio partium ad putrefactionem quam ad digonem. ¶ Deinde cum dicit Aui.

¶ De illis sunt in primis gradibus embroca cum aqua tepida et emplastratio cum farina tritici aut ordei: et triticum masticatum est melius in hoc: et panis cum pice aut cera: et crocus: et puluis olivani: et pice cum oleo rosato: aut adeps porci: aut emplastrum de maluanisco et semine lini: et iterum emplastrum de ficibus siccis dulcibus grossis pinguibus solis: aut cum farina ordei: iterum et proprie si ponatur in ea isopus et origanum siluestre: aut aggreget cum aqua in qua decoquantur cum paucis sale non superfluo et quando ponitur in eo adeps: aut oleum: aut fortius illo due partes glutinis albotim: et medicine compositae ex visis passis et storace et galbano et myrrha et laudano et resina et butyro et mastice et isopo humida et radice cucumeris asii. et radice sanguinis dragagan. et emplastrum Gal. cum oleo de kerua absque cera et proprie quando soluitur hoc emplastrum in oleo.

et similiter emplastrum didimos et emplastra basilicon: et de bonis in hoc est medicamen de lapide marchasite cum ammoniaco quod desuper ponatur donec cadat per se.

¶ Ponit in spali medicinas maturatiuas. et ponit Auenenna plures medicinas et plura emplastra maturatiua: quorum quedam conueniunt plus in maturatiue exiturarum caliditate que sunt ex humoribus subtilibus: quedam conueniunt plus exituris que sunt ex humoribus grossis et viscosis: quod emplastra que sunt magis calida: et plus incisiva et magis sicca competunt exituris calis. Et ideo bene dicit Aui. Et de illis sunt in primis gradibus. embroca est cum aqua tepida. et hoc est dicere de maturatiuis que sunt in primo gradu calitatis. quod quasi sunt temperate calida sicut embroca cum aqua tepida. et si ponitur ibi oleum: tunc erit melius et fiat viscosa et conglutiativa. et ideo tale maturatiuum et simile huic competit plus apostematibus calidis. ¶ Et emplastratio cum farina tritici: supple cocta in aqua et oleo. et oportet quod istud emplastrum si debeat administrari in apostematibus calis coquantur decoctione temperata. ut dicit Serapio. quod si coqueretur multum: tunc est sicca: et tunc est plus conueniens apostematibus frigidis: quorum maturatio est difficilis. Unde emplastrum quod conuenit apostematibus calidis. ut dicit Serapio debet esse decoctum decoctione pauca. Et istud quod conuenit frigidis debet esse decoctum decoctione pauca intelligo quod emplastrum bulierit solum. Iterum etiam si istud emplastrum debet conuenire apostematibus calis oportet ut ibi ponatur parum de oleo. Nam emplastrum in quo est de oleo satis. ut dicit Serapio conuenit apostematibus frigidis: quorum maturatio est difficilis. Et in quo est oleum parum conuenit apostematibus ebullientibus. aut ordei. id est aut emplastrum ex farina ordei cocta cum aqua et oleo. et istud emplastrum plus conuenit apostematibus calis. quod farina ordei est minus calida quam farina tritici. Et triticum masticatum est melius in hoc. scilicet ad maturandum et spaliter furunculorum. et est melius. scilicet farina tritici. quod ut dicit Aui. in primo libro. Res que masticatur recipit aliquam conuersionem a sua complexionem versus naturam: et similitudinem ipsorum membrorum. et ideo dicitur ibi quod triticum masticatum operatiue inumeratione furunculorum et exiture istud quod non operatur triticum cum aqua neque istud quod cogitur cum aqua. quod triticum masticatum ratione caloris quem accipit ex masticatione plus conuenit ad generandum sanie quam farina tritici cocta cum aqua. Et panis cum pice: aut cera illud emplastrum plus conuenit apostematibus que sunt tarde maturatiue. Nam cum dicit Serapio emplastrum quod sumitur ex pane conuenit apostematibus que non maturant nisi in longo tempore. quod in pane est sal fermentum: et emplastrum quod accipitur ex farina conuenit calidioribus apostematibus: eo quod non est ita calidus et desiccatiuum. Et sic dicitur de istis emplastris spali: ita est secundum istum modum respicias in alijs emplastris: quod Aui. ponit. quod quedam competunt apostematibus magis calis. quedam autem apostematibus minus frigidis secundum quod illa emplastra ingrediuntur medicis magis cale et minus cale. nam vltima medicina maturatiua debet accipi per respectum ad duo. scilicet per respectum ad naturam corporis ut si est complexionis temperate vel distemperate. et per respectum ad apostemata si est ex humoribus frigidis et grossis vel ex humoribus calidis et subtilibus. quod alteri complexionis debet esse medicina maturatiua in vno quod in alio: ut dicitur est. et ad illa duo respiciendo consideranda emplastra. quod postea ponit Aui. et secundum illas duas conditiones ea admittes in apostematibus calidis et frigidis.

¶ Regime exiturarum cum mature sunt. CAP. XXXIX. ¶ Am inuenis exituram grosse cutis cum maturatiue eius non spat ipsius eruptio: et sunt illic vene et chorde et nerui: tunc oportet ut proferas: quoniam si dimiseris

sanem corumpetur et corumpet et corrodet  
venas et villos nervorum: et illud quod vehementius  
erit cum fuerit prope iuncturas.

Supius Aui. posuit regimen exiturarum in speciali quan-  
tum ad maturationem. In parte illa Aui. ponit in speciali  
quantum ad eruptionem cum ferro. Et dividit illa pars in tres  
partes. In prima parte Aui. ponit regimen ipsarum in speciali quan-  
tum ad eruptionem cum ferro. In 2<sup>a</sup> ca. Aui. ponit regimen  
ipsarum quantum ad eruptionem cum medicinis. 2<sup>a</sup> ibi. (Exitu-  
ras quidem salvas in quibus etc.). Prima pars dividit in tres  
partes. Primo tradit istud regimen perforationis apostema-  
tum cum ferro. Secundo ostendit in quibus partibus illud regi-  
men maxime convenit. 2<sup>a</sup> ibi. (Dico ergo illud est regimen  
quod non invenimus excusationem etc.). Iterum prima pars divi-  
dit in tres partes. quia primo facit quod dictum est. secundo ponit  
quosdam canones qui sunt observandi in perforatione. 2<sup>a</sup> ibi.  
(Ingr et considera situm carnis et villos). Prima pars divi-  
ditur in partes duas. In prima parte ponit regimen exiturarum  
quantum ad perforationem in universali magis. secundo specificat  
illud regimen particulariter secundum diversitatem membrorum. 2<sup>a</sup> ibi.  
(Ingr antilus si exitura fuerit in capite). Prima pars divi-  
ditur in tres partes. Primo ponit illud regimen velle exitu-  
rarum quantum ad perforationem. 2<sup>a</sup> ponit quoddam regimen uni-  
versale exiturarum post perforationem. 2<sup>a</sup> ibi. (Et cum tu perfora-  
veris exituram). Item prima pars dividit in tres partes. In pri-  
ma parte ponit necessitatem perforationis. in 2<sup>a</sup> parte ponit condi-  
tiones que debent observari in perforatione. 2<sup>a</sup> ibi. (Et tu quod  
querere etc.). Dicit ergo ponens causam necessitatis perforatio-  
nis. cum invenis exituram grosse cutis cum maturatione cui non  
sperat eruptio hoc est cuius non sperat eruptio post matu-  
rationem per se: nec cum medicinis quas postea ponet Aui.  
ratione grossitie cutis que est super exituram. et sunt illic vene et  
nervi etc. in hoc dat aliam causam necessitatis perforationis.  
unde una causa necessitatis perforationis est grossities cutis.  
alia est ubi exitura sit prope nervos et chordas: et maxime est  
prope iuncturas in quibus locis oportet festinare perforationem. Tunc  
oportet perforare. Deinde cum dicit.

Et tu quidem quere cum tua perforatione lo-  
cum saniei.

Dicit Aui. posita causa necessitatis perforationis ponit regi-  
men quod debet observari quando fit perforatio. Et dividit pars ista  
in tres partes secundum quod ponit tria velle observanda que spectant  
ad regimen perforationis velle. 2<sup>a</sup> ibi. (Et tu sis sollicitus: ut non  
cadat porta etc.). 3<sup>a</sup> ibi. (Oportet ergo ut in sectione consequaris  
etc.). Dicit ergo. et tu quod queres cum tua perforatione lo-  
cum saniei. hoc est tu perforabis ubi invenieris locus saniei.  
Quod autem declarat locus saniei Aui. dicit statim post.

Et sis sollicitus ut cadat porta perforationis  
inferius nisi ubi non est possibile. et si illud quod  
est super exituram fuerit grossum et secueris:  
tunc seca portam tantum: quoniam adhaerebit grossus  
cum eo quod est post ipsum: et si fuerit extenua-  
tum: tunc seca totum eius in longum: et scias quod  
locus in quo est sanies declaratur per tactum:  
et quando tangit cum digito proprie: et tu obser-  
va cum digitis alijs saltem alterius manus: an  
expellatur aliquid ex cisti: et locus quod saniei  
apparet ex declinatione coloris ad albedinem:  
et dum non est matura est declinans ad rubedi-  
nem: et quando est locus saniei declinans ad ru-  
bedinem et citrinitatem cum sanies non est bona.

Dicit autem Aui. ponit aliud quod debet observari in perforatione  
Dicit ergo. Et tu sis sollicitus ut cadat porta foraminis inferius: hoc  
est ut facias perforationem in inferiori loco et magis depresso. quia  
per illud sanies est magis apta curari: et est superfluitates que  
aggregantur post in ulcere: nisi ubi non est posse: sicut propter  
nervos et chordas et artaria vel propter aliam causam. Et si  
illud quod est super exituram fuerit grossum. id est carnosum et secue-  
ris. id est debes secare: tunc seca portam tantum. hoc est tunc facias por-  
tam solum ad modum foraminis: ut inde exeat sanies: et non debet  
secari totum quod est super exituram ab una parte ad aliam. quia quoniam illud  
quod est super exituram est carnosum: tunc adhaeret illud carnosum  
cum alia carne solum ligando et comprimendo cum vita. hoc est quod  
dicit Aui. quoniam adhaerebit grossus etc. Et si fuerit extenuatum:  
hoc est si illud fuerit quod est super exituram erit subtiliatum et non  
grossum carnosum: tunc debet exitura secari per totum in longum  
eo quod istud subtile et extenuatum non adhaeret: imo si cutis que  
est super exituram sit subtiliata: et est sicut panis: et est quasi mor-  
tificata. tunc dicit Albumasis necesse est eam concavari et to-  
tam incidere. unde non solum: tunc oportet eam incidere per longum: sed oportet  
eam ex toto velle incidere. Et scias quod locus ubi est sanies.  
In parte ista Aui. dicit. quia una conditio: quam oportet observari in  
perforatione est perforare: ubi est locus saniei: et non declara-  
verat quod declarat locus saniei. Dicit determinat quod de-  
claratur locus saniei. et habet ille. s. tria dicta. In primo do-  
cet cognoscere locum saniei per sensum tactus. in secundo dicto  
docet cognoscere ipsum per sensum visus. in tertio dicto para-  
rat cognoscere tactus ad cognoscere sensum visus. 2<sup>a</sup> ibi. (Et locus quod sa-  
niei appet. 3<sup>a</sup> ibi. (Et sustenta te tactu absque visu etc.). Dicit ergo  
Et scias quod locus ubi est sanies etc. an expellatur aliquid ex cisti.  
id est ex loco in quo moratur sanies. Et locus quod saniei. Dicit  
docet cognoscere locum saniei per sensum visus. et planum est.  
Et quoniam est locus saniei. id est locus in quo est sanies iam completa etc.  
Et sanies non est bona sana. quia sanies bona et laudabilis est  
alba lenis et equalis: ut dictum est supra: et causa huius dicta  
fuit ibi. Deinde cum dicit.

Et sustenta te in tactu absque visu: veritamen  
visus est adiuvens.

Aui. comparat cognitionem sensus tactus ad cognitionem sen-  
sus visus. Et dicit sustenta te in tactu absque visu. Nec est co-  
gnitio firma et certa saniei que fit per tactum et non per vi-  
sum. veritamen visus est adiuvens: id est ad illam cog-  
nitionem. Tunc sequitur illa pars.

Oportet ergo ut in sectione consequaris line-  
as naturales ligature: nisi que sunt apud sument  
vel apud necessitatem et in membris diversifi-  
cantibus situm villosorum in longitudine sua lo-  
co ligature. Nam si tu secutus fueris illud in  
perforatione exiture que est super frontem. id est  
ligaturam cadet cutis frontis super faciem: im-  
mo oportet ut tu diversifices ligaturas. In eis  
vero que sunt sicut inguina oportet ut vadat cum  
ligatura in latitudine cutis.

In ista parte Aui. ponit aliam conditionem quam oportet observare  
universalem in perforatione. Dicit ergo. Oportet ut in sectione se-  
quaris lineas naturales ligature. id est plicature que est sicut  
rugarum quasi velit dicere Aui. quod sectio et perforatio debent  
precedere secundum modum incessus rugarum. Unde si ruge vadunt  
secundum longum debet fieri sectio secundum longum. et si vadunt per  
transversum vel per latum debet fieri sectio eodem modo: nisi  
que sunt apud summum: alia dicit nisi que sunt apud summum.  
Et credo quod utraque littera possit sustineri. quia eadem est causa  
utriusque. Nam si dicat nisi que sunt apud summum: tunc per  
summum intelligit partem ventris que est sub umbilico vel cir-

ca vmblicū. modo ibi nō segmur rugas. qz ruge vadūt per  
vētrē p trāsuerſum z vili per lōgū. z fit ſectio ibi ſm lōgūz  
z non ſm trāsuerſum: ppterea: qz ibi nō segmur rugas. Si  
autē dicat niſi que ſunt apud ſummū: tūc per ſummū itelli  
git frontē. z tūc ē lra eſt vera. Nam non debemus ſeg in  
iſiſione rugas q̄ ſunt apud ſummū. i. apud frontē: qz frons  
eſt in ſummo corpis. z q̄ non debeamus ſeg rugas fron  
tis in iſiſione. declarat Aui. poſtea cū dicit. Nā ſi tu ſecu  
tus fueris illud. ſ. ligaturā. i. rugas in pforatione exiture q̄  
eſt ſup frontē cadet cutis frontis: z hoc eſt: qz iciderē mu  
ſculus frontis: vt poſtea diceſ. ſic ḡ nō debemus inſiſione  
ſeg rugas. ¶ Et niſi apud neceſſitatē. Dic ponit aliā iſtan  
tiā p̄tra p̄dictā regulā. qz apud neceſſitatē nō segmur iſeſ  
ſum rugarū. ſicut q̄n eſt neceſſariū ſcindere exiturā in cru  
ce: ppter rotunditatē eius: ne fiat fiſtula z ſinus in ea. tūc  
non curamus de iſeſſu rugarū. ſi l̄r ē ſi ruge in mēbro va  
dunt ſz longū. Aliq̄n t̄n ppter neceſſitatē findimus exitu  
ram non ſm longū ſolū vt vadunt ruge. ſed accipimus de  
latitudine timendo ne exitura fiat ſinus z fiſtula. ¶ Et in  
mēbris diuerſificātib⁹ ſitū villoz zc. Dic Aui. ponit aliāz  
iſtātiā p̄dictā regulā. Nā in mēbris in q̄bus non vadūt  
ruge ſm iſeſſum villoz: tūc ſectio non debet fieri ſm ru  
gas: ſed ſm iſeſſum villoz. z hoc vult dicere Aui. cum diē.  
Et in mēbris diuerſificantib⁹ ſitum villoz in longitudine  
ſua zc. ſupple a rugis ſuis: hoc eſt dicere q̄ in mēbris in q̄  
bus iſeſſus villoz diuerſificat ab iſeſſu rugarū dant. ſ. me  
dici in pforādo locū ligature: hoc eſt non vadūt in pforan  
do ligaturā. i. ſm ſitū rugarū: ſed ſm ſitū villoz. Nā ſi tu  
ſecutus fueris illud. ſ. ligaturam hoc eſt iſeſſum rugarū in  
pforatōe exiture que eſt ſup frontē cadet cutis frōtis ſup  
faciē. z hoc eſt. qz in fronte villi vadūt ſm aliū modum q̄  
ruge. nā ruge vadūt per trāsuerſuz z villi ſm lōgū. z ideo  
ſi tu in fronte pforabis ſm ſitū rugarū: tūc incidentē villi z  
muſculus frontis z cutis frontis cadit ſup faciē. et ideo in  
fronte non o3 ſeg in pforādo rugas. imo op3 vt tu diuerſi  
fices ligaturā. ſ. in pforādo. hoc eſt dicere q̄ non o3 in pfo  
rando exiturā frontis. ſed ligaturā. i. ſz rugas: ſed ſm ſitū  
villoz. In eis vō que ſunt ſicut inguina o3 vt tu vadas. ſ. i  
pforādo ſm ligaturā. i. ſm iſeſſum rugarū in latitudine cu  
tis. Et cauſa huius eſt. qz ibi villi vadūt ita ſicut vadūt ru  
ge in latitudine cutis. z ideo in ignib⁹ debemus pforare  
ſm ſitū rugarū: in fronte autem non. per hoc ergo vult di  
cere Aui. q̄ in pforādo debemus incidere ſm ſitū rugarū  
q̄n ruge vadūt vt villi: q̄n autē ruge nō vadūt vt villi: tūc  
debemus ſeg ſituz villoz. ¶ Sed intellige vt ſupra dixit  
Aui. in illo ca? Curatōes q̄dē z ea cum q̄b⁹ curant zc. q̄ vt  
plimū ſitus villoz z longitudo eoz eſt ſm ſitū rugarum  
niſi in mēbris appropriatis: ſicut in fronte: z etiā in palma  
manus: vbi villi vadūt ſm longū: z ruge vadūt per tranſ  
uerſum: z in alijs mēbris appropriatis: z ideo vt plim ſectio  
z pforatio debēt ire ſm modū rugaruz: niſi ppter p̄dictas  
cauſas quas poſuit Aui. ¶ Et intellige vltērius q̄ Aui. vi  
detur ponere tria ppter que nō debemus ſeg rugas in pfo  
ratione. Unū eſt ſi exitura ſit in ſumen vel in fronte. aliud  
eſt ppter neceſſitatē. tertiu eſt ſi exitura ſit in mēbro i quo  
diuerſificat ſitus villoz a ſitu rugarum. Sed t̄n intellige  
q̄ ille tres cauſe quas ponit Aui. reducūt ad duas cauſas  
vniuerſalr. Nam p̄ma cauſa comp̄bendit ſub tertia ſicut  
ſp̄ale ſub generali: qz cauſa quare in ſummē vel in fronte  
non debemus ſeg modū rugarū eſt: qz iſeſſus villoz di  
uerſificat ab iſeſſu rugaruz in illis mēbris. Et ideo ſolum  
due ſunt cauſe vniuerſalr: quare non debemus ſeg in pfo  
ratione modū rugarū. Una eſt ppter neceſſitatē. Alia eſt  
ſitus rugarū q̄ diuerſificat a ſitu villoz. ¶ Intellige etiā  
vltērius q̄ ex dictis apparet q̄ tria ſunt illa que vltēri de  
bent obſeruari in pforatione. Unū eſt q̄ ſectio fiat in loco

ſaniei. Scōz eſt q̄ fiat in loco magis inferiori z magis ma  
turo z longinquo a nervis et artarijs: ſm q̄ poſtea magis  
ſpecificabit Aui. Tertiu eſt q̄ ſectio fiat ſm modū iſeſſus  
rugarū: niſi ppter neceſſitatē in mēbris: vbi iſeſſus diuer  
ſificat ab iſeſſu villoz z rugarū. Tūc ſegtur illa pars.

¶ Et cum tu perforaueris exituram z extraxeris  
quod in ea eſt: tūc neceſſarium eſt vt tu ſuc  
curras ad conglutinandum cutem cum carne:  
vt non rumpatur z indureſcat: z fiat taliter q̄  
non conglutinetur: quare fiat ſinus qui non ceſ  
ſet impleri et redeat ſimilis exiture p̄ime: z quo  
tiens mundificaueris non moret: iterum quin  
impleat: et fiat in veritate de genere fiſtularuz  
z ante q̄ facias ipſam conglutinari in hora op3  
vt mundes eam: z ſi tibi neceſſarium fuerit vt  
in ipſa intromittas radium ſuper cuius caput  
ſit p̄anus aſper cum quo mundifices ipſam et  
frices: deinde fac ipſam adberere et conſerues  
eam cum ligatura ſm q̄ dicemus de ligaturis  
cauernarum et vlcērum profundorum erit cō  
nueniens valde.

¶ In pte illa Aui. ppoſito regimine vniuerſali: q̄tū ad pfo  
rationē exituraz. modo Aui. ponit quoddā regimen vni  
uerſale ipaz poſt pforationē. z duo facit. p̄mo facit hoc  
ſecūdo Aui. repetit p̄dictuz regimen de pforatione ad im  
gēdo quoddā ei q̄d non ſpecificauerat p̄us. ſecūda ibi. (Et  
o3 vt obſerues de pforatione). Dicit ergo p̄mo. Et cum tu  
pforaueris exiturā z extraxeris q̄d in ea eſt. ſ. ſanie: tūc eſt  
neceſſariū vt tu ſuccurras ad conglutinandā cutēz cū car  
ne hoc eſt ad incarnandū z conſolidandū cutem cuius carne  
que eſt poſt ipſam vt non rumpat. ſ. exitura hoc eſt vt non  
fiat in ea diſruptio z ſinus in interiori pte ſui. z indureſcat  
ſ. exitura hoc eſt vt non fiant labia eius dura: ita q̄ poſtea  
non poſſit incarnari z conſolidari cum carne. et hoc eſt q̄  
ſubdit. Et fiat taliter q̄ non conglutinet. quare fiat ſinus  
ſ. in exitura ppter diſruptionē talem in interiorib⁹ partib⁹  
ſui qui non ceſſet impleri. ſ. ſordicie z virulētia: z alijs ſup  
fluatibus z redeat ſilis exiture p̄me ppter talē cōcauita  
tem quā habet: in qua aggregant humores z ſupfluitates:  
ſicut ſit in exitura. Et quoties mūdificaueris nō moret q̄  
impleat: z fiat in veritate de genere fiſtularuz: q̄ ſi vult dice  
re Aui. q̄ dato q̄ tu mūdifices talē exiturā in q̄ fact⁹ eſt ſi  
nus. cōcauitas t̄n ſtatī poſt repleat et talis ſinus ſordicie  
ſupfluitatib⁹: z ſit in vitate q̄ ſi de ḡne fiſtularuz. Dicit. n. Al  
bucasis q̄ oē vuln⁹ aut apā q̄n veteraſcit z anti quaē: z ſi  
vlcus z nō ſolidat z emittit pus ſemp z nō abſcindit: tūc  
noiat in quocūq̄ mēbro fuerit fiſtula z nos noiamus ipm  
zukemē zc. Sic ḡ vult q̄ q̄n tu pforaſti exiturā z extraxeris  
ſanie de ipa neceſſe eſt vt cito ſuccurras ad conglutinandū  
cutēz cū carne ppter cās p̄dictas. ¶ Intellige autē hic  
q̄n Aui. diē q̄n pforaſti exiturā zc. q̄ itelligit q̄ ſtatī pfo  
rata exitura ſuccurras ad conglutinandā cutēz cū carne: imo  
p̄us o3 q̄n pforata eſt exitura ſanguis p̄ reſtrigi cum albu  
oui: eo q̄ hec eſt p̄ma itētio. ſ. reſtringere ſanguinē. z tūc fa  
cto hoc. qz hoc p̄ſupponit Aui. neceſſariū eſt vt ſuccurras  
cito ad cōglutinandā cutēz cū carne. ſed qz hoc etiā dcm eſt  
o3 ſane itelligi. ideo addit hoc ſupra dicēs. Et ante q̄ tu fa  
cias ipm cōglutinari in hora. i. cito. o3 vt tu mūdēs eā. ſ. cū  
vnguētis abſterſiuis z mūdificatiuis. qz ait Gal. in lib⁹ de  
ige. ſa. Mūdificare putredinē eſt cā ſine qua non naſcit  
ro bona in vlcērib⁹. Et ſi tibi neceſſe fuerit. ſ. cā mūdādū  
abſtergēdi eā a putredine vt i ipſam intromittas radium.

geffi super eius caput. i. per ipsius orificium sit p̄anus asp̄ cum quo mūdifices ipsam ⁊ frices. s. mediāte geffi: quasi vult dicere. Aui. q̄ si op̄ te abstergere et mūdare exiturā a putredine collecta in ea cū geffi: tūc debes eā mundare cum p̄ano aspo mediāte geffi: ⁊ hoc vt bene mūdet a putredine ⁊ nihil ibi remaneat. deide. i. post p̄fectā mūdificationē: ⁊ cum vnguētis: ⁊ cū radio fac ipsam adberere. i. fac eam aglutinare ⁊ cōserues eam cū ligatura: s̄m q̄ dicem⁹ de ligaturis cauernarū ⁊ vlceꝝ p̄fundoz in tractatu de vlceribus: in ca. p̄prio. Et erit p̄ueniēs valde vt cōseruet cū ligatura quēadmodū hic dicit. ¶ Intellige aut̄ q̄ illd̄ qd̄ hic dicit de regimie exituraz q̄ sunt p̄forate est incidē: talr̄ dcm̄: eo q̄ cura exituraz q̄ sunt p̄forate non spectat amplius ad istū tractatū: sed spectat ad tractatū vlcerū vlcerā generant̄ a vulneribus ⁊ ab exituris ruptis ⁊ a pustulis ⁊c. ⁊ ideo recurrendū est tūc pro cura ipsaz ad tractatum vlceꝝ. ⁊ ideo Aui. non ponit hic aliq̄s medicinas sp̄ales cōpetētes exiture q̄ erupta est. quia hoc posuit in illo tractatu. ⁊ ideo quod dicit hic Aui. incidētaliter dicit: ⁊ generalr̄ valde ⁊ incōpletē dicit. Unde ad istum tractatum spectat determinare de cura apostematū vsq̄ ad p̄forationem: sed quādo sunt p̄forata: tūc pro cura ipsoꝝ sufficienti debemus recurrere ad tractatū vlceꝝ: cum tūc facta sint vlcera. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et oportet vt tu obserues in p̄foratione illud quod diximus de cōditionibus: deinde p̄fora i loco maturiore: ⁊ parte longiore a venis arterijs ⁊ chordis.

¶ In parte ista Aui. repetit p̄dictū regimen generale de p̄foratione exiture adiungēdo quoddā qd̄ non specificauerat. Dicit ergo. Et obserues in p̄foratione id quod dixim⁹ de conditionib⁹. s. p̄us. ⁊ in hoc tangit regimen dictum. deinde p̄fora in loco maturiori ⁊ longiori a venis. parte ⁊c. in hoc tangit illud quod addit p̄dicto regimini. Tunc sequitur illa pars.

¶ Inquit antilus. Si exitura fuerit i capite: tūc sectio eius sit sectio equalis: ⁊ sit cū radice natiuitatis piloz ne sit trāuersa in ea vt cooperiat eaz pili ⁊ non ostēdat cum sanabit. Dicit. Et q̄n̄ ē locus eius oculus: tūc eius p̄foratio sit lata: ⁊ si acciderit in naso p̄forabimus eam equalē cum quātitate longitudis nasi. Et si fuerit p̄pe oculum p̄forabimus eam p̄foratione simili capiti lūne noue ⁊ faciemus tortuositatē inferius. Si aut̄ acciderit in mādibulis secabimus eā equali sectione: q̄m̄ cōpositio huius loci est equalis ⁊ scit̄ illud ex corporibus senum. Post aures so p̄foramus illud equalr̄. Brachia aut̄ ⁊ cubitos ⁊ manus ⁊ digitos ⁊ inguina oia p̄foramus in longitudine. Inqt. Et si fuerit p̄pe coras p̄forabimus eam p̄foratione rotūda. ⁊ p̄foratio qd̄ rotūda est: que apprehēdit cuz apprehensione sua in longitudine corporis aliqd̄ de latitudine eius. Inqt. Qm̄ cum locus iste non p̄forat rotūde possibile est vt aggregent̄ in eis materie ⁊ fiant fistule. Et similiter etiam p̄foratur qd̄ est p̄pe anum p̄pter locum humiditatis que aggregant̄ in eo. Et i latere et costis p̄foratur aperiēdo. In testiculis so et virga eq̄

liter. Inqt. Et simus p̄mpti vt semp̄ consectio sit sequēs figuraz loci quāto plus ponerimus sup̄ ipm̄. Core aut̄ et adiutoria secant̄ in longitudine: et p̄serua vt non ledas nervos.

¶ In qua pre Aui. postq̄ posuit regimen v̄le quantū ad p̄forationē specificat hic p̄dictū regimen particulr̄ s̄m diuersitatem membrorū in q̄bus pōt fieri exitura que debet incidi. ⁊ diuidit̄ pars illa in p̄tes duas. qz p̄mo ponit istud regimen p̄forationis distinctū ⁊ p̄ticulatū s̄m diuersitatem membrorū per v̄ba anthilis. secūdo epilogat illud regimen in breui s̄m verba sua. ⁊c. ibi. (Et scias q̄ p̄foratio diuersificatur s̄m loca ⁊c). Dicit ergo p̄mo. Inqt anthilus si exitura fuerit in capite ⁊c. sit equalis. i. s̄m longitudinē: ⁊ sit cū radice natiuitatis piloz. i. fiat talis sectio s̄m q̄ incedūt radices capilloꝝ in longū ne sit. s. sectio trāuersa in ea. i. in radice capilloꝝ ⁊ non ostēdat cum sanabit. i. si exitura sanetur ⁊ consolidet̄ cooperiat eam capilli si fiat sectio p̄ trāuersum. debet ergo in ea fieri sectio s̄m longū vt p̄cedunt radices capilloꝝ. Dixit ⁊ q̄n̄ est loc⁹ oculus: tūc eius p̄foratio sit lata. i. per trāuersum rugarū: eo q̄ talis est sit⁹ laceratoꝝ mouentiū oculū. ⁊ intelligit hic per oculū partē superioris palpebre oculi. Et si accidit in naso p̄forabimus eā eq̄lem. i. s̄m longū. ⁊ si fuerit p̄pe oculū ⁊c. intelligit hic Aui. q̄ parte inferioris palpebre oculi. Si autem accidit in mādibula secabimus eaz sectione equali. i. sectione s̄m longū. Qm̄ cōpositio huius loci est equalis. i. s̄m longitudinē. nā ruge ⁊ villi vadūt in ea s̄m longū. Et scit̄ illud ex corporibus senū. qz in senibus: hoc maxime apparet: eo q̄ ruge discernunt̄ plus in senibus q̄ in alijs. quia cutis in eis est magis crispā. Post aures p̄forabimus istud equalr̄. sed nos itelligamus carnē emūctoriam que est in collo post aures tūc exponemus p̄forabimus equalr̄. i. s̄m longitudinē. qz situs illius loci est s̄m longū. Si tu aut̄ intelligas post aures carnē que est imediate post aures que non est emūctoria. tunc expone p̄forabimus equalr̄. i. s̄m longitudinē auris: modo situs auris non est oio s̄m longū: sed est s̄m longitudinem aliqd̄ accipiēs de latitudine. ⁊ similr̄ sectio tūc fiet eodē modo. brachia aut̄ ⁊ cubitos ⁊ digitos ⁊ manus ⁊ inguina ⁊ oia p̄forabimus in longitudine. ¶ Sed intellige q̄ in brachijs ⁊ cubitis ⁊ manibus ⁊ digitis bene debz fieri sectio oio s̄m longum. sed in inguinibus non debet fieri sectio s̄m longitudinē omnino. imo debet fieri s̄m longitudinem accipientē de latitudine: sicut dictū fuit supra. Et ideo. Aui. qz illud dictum erat aliter intelligendū de inguine ⁊ aliter in brachijs ⁊c. eo q̄ in inguine non debet fieri sectio oio s̄m longum. sed in illis alijs sic. Ideo Aui. subdit. Inquit ⁊ si fuerit p̄pe coras p̄forabimus eam p̄foratione rotūda. Et in latere ⁊ costis p̄foratur aperiēdo. supple sicut tendūt coste per trāuersum. Ideo sectio debet ibi accipere de latitudine. vt etiam sit trāuersa. In testiculis so ⁊ in virga equalr̄. i. s̄m longū. Et simus p̄mpti semp̄ vt consectio idest p̄foratio sit sequēs figuram loci: idest situm loci. ⁊ in hoc vniuersalizat de oibus alijs locis appropriatis. de quibus non fecit mentionem qualiter in eis p̄foratio fiat quanto poterimus ipsum plus. dicit autem quanto poterimus plus: quia nō possumus imitari figuram loci: eo q̄ aliquādo situs ⁊ figura loci est s̄m trāuersum ⁊ nerui p̄cedunt s̄m longum sicut est in fronte: et ideo in talibus non segmur figuraz loci ⁊ situm: sed sequimur villos ⁊ musculos. ⁊ ideo dicit quāto plus poterim⁹. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et scias q̄ p̄foratio diuersificatur s̄m loca quoniam quādo est apud oculum: tūc p̄foratio eius est lata similis situi oculi et in naso est

cum longitudine nasi: et in mandibula est cum longitudine mandibule: et prope aure secantur equaliter: quoniam compositio huius loci est equalis: et cognoscitur illud ex corporibus serenum. Post aures vero perforatur equaliter: et in brachijs et cruribus et cora et virga totum equaliter fit in longitudine. Et similiter in lacertis ventris et in dorso et inguinibus et subascellis ponens eam perforationem accipietem ex latitudine etiam ne fiat in ea sinus qui fiat fistula: et similiter in ea que est prope anum: accipe de latitudine etiam ne proueniat sinus et fiat fistula. Et testiculi et virga equaliter in longitudine. Et in latere et costis accipe in latitudine etiam ut sit transversa: quoniam situs costarum est similis et caro que est super eas.

In qua parte reepilogat predictus regimen particulare de perforatione secundum verba propria. et exponit cum hoc magis ea que dicta sunt. et patet: quod dicit per ea que dicta sunt. Tunc sequitur illa pars.

Inquit. Considera semper situm carnis et villos lacertorum: quoniam non sumus prompti: nisi ad hoc ut perforemus cum imitatione loci ut non proueniat incisio: et sit locus incarnationis bonus non grossus.

In qua parte Auicena posito regimine perforationis tam vniuersali quam particulari ponit quosdam canones qui obseruari sunt in perforatione. et inter istos canones reperit quosdam prius positos. Et diuidit pars illa in partes quatuor secundum quod ponit quatuor canones qui obseruari sunt in perforatione. secunda ibi. (Et sit in omni dispositione studium tuum). tertia ibi. (Et perforatio sit secundum magnitudinem exiture etc.). quarta ibi. (Et vbi sit exitura iuncta talis etc.).

Dicit primo. Inquit anthilus considera situm carnis et villosorum etc. cum mutatione loci ut non pueniat incisio. scilicet nervorum et lacertorum etc. et sit locus incarnationis bonus non grossus. hoc est talis fiat incisio quod locus qui remanet post incarnationem. scilicet cicatricis sit bonus et non grossus id est durus. et hoc est ut non sit fedus et turpis. quia non debet esse locus cicatricis qui incarnat asper et durus: imo equalis et lenis. Deinde cum dicit.

Et sit in omni dispositione studium tuum ne incidat arteriam neque venam magnam: aut nervum: aut villos lacerti: et perforatio sit secundum magnitudinem exiture: sed si fuerit parua: et currit quod est in ea ex loco vno: tunc secunda eam in loco vno: et si fuerit magna: tunc perfora eam ex principio: deinde intramitte digitum tuum indice sinistram in eo et perfora eam vbi puenit caput eius: deinde intramitte etiam in foramine secundo: et secundum hoc donec venias super eam: et si exiture fuerit locus sufficiens ex quo sit possibile exire quod est in ea perforabimus ipsam in illo loco: et si fuerit rotunda: aut fuerit ei figuram

ra ne egrediatur quod est in ea ex perforatione vna perforabimus eam in interiore parte sui in duobus locis: aut tribus secundum quantitatem quam scias quod omne quod aggregatur in ea currit in hora. Inquit: nisi sit exitura coniuncturalis aut membrum mobile: aut membrum propinquum ossi: aut panniculo festinabimus in perforatione eius antequam confirmetur eius maturatione pus corrumpat aliquid de his membris.

Ponit alium canonem qui debet obseruari in perforatione. Et patet etiam totum quod dicit usque ad illam partem. Dico ergo istud est regimen etc. Tunc sequitur illa pars.

Dico ergo istud est regimen: quando non inuenimus excusationem de perforatione. Si autem speramus quod rumpatur per se non perforabimus: et similiter si speramus quod ipsa erumpatur per medicinas facientes eruptionem. Fortasse enim inuenimus in medicinis facientes eruptionem quod stat loco perforationis. et multotiens perforatur cutis perforatione aliqua: aut accipiatur de ea aliquid. Postea ponitur super eam eruptionem faciens ut sit ei profundatio.

In qua parte Auicena posito regimine perforationis exiturarum cum ferro ostendit vbi maxime competit illud regimen. Dico ergo. istud est regimen scilicet perforationis cum ferro quando non inuenimus excusationem perforandi. supple cum ferro. Si autem speratur quod rumpatur scilicet exitura per se non perforabimus supple cum ferro. Et similiter si speramus quod ipsa rumpatur per medicinas facientes eruptionem: supple non perforabimus cum ferro. quia medicine inducunt minorem dolorem quam ferrum. quia fortasse inuenimus in medicinis facientibus eruptionem scilicet que dicuntur in sequenti capitulo quod stat loco perforationis. Dicit autem fortasse: quia aliquando perforant ille medicine exituras: aliquando autem non. vbi non perforant oportet perforare cum ferro. Et addit Auicena. ultra ea que dicta sunt quiddam dicens. Et multotiens perforatur cutis perforatione aliqua: id est pauca: aut accipitur aliquid de ea. postea ponitur super ea: supple medicina eruptionem faciens ut sit ei profundatio id est ut magis profundetur virtus illius: et magis possit erumpere quia magis potest medicina imprimere in carnem quando cutis est perforata quam quando non est perforata: sicut apparet manifeste ad sensum cum cutis sit dura et spissa. Et addit hoc Auicena: ut ostendat quod debemus vitare perforationem cum ferro quantum possumus. ita quod si cutis sit grossa quam non possit erumpere per se medicina: tunc debemus aliquid erumpere de ipsa: et postea ponere medicinam ut melius possit operari. et si ita rumpitur exitura perfecte: tunc sufficit. Si autem cum hoc toto non erumpere perfecte: tunc non possumus vitare perforationem cum ferro.

Sed hic est dubium de dicto Aui. dicit enim Aui. quod si speramus quod exitura rumpatur cum medicinis facientibus eruptionem quod non debemus perforare ipsam cum ferro. Sed per hoc dictum videtur quod nunquam exitura sit perforanda cum ferro. quod

omnem exituram possumus perforare et erumpere cum medicinis facientibus eruptionem: quia quocumque modo sit exitura sine grosse cutis siue subtilis erumpet cum medicina caustica que fit ex calce et sapone confectis cum forti capitulo. videtur ergo per dictum Auicenne quod nunquam debemus perforare exituram cum ferro. **R**espondeo quod medicine facientes eruptionem sunt duplices. quedam sunt leues non causticantes nec facientes escaram sicut ignis. sed sunt erumpentes propter earum caliditatem: et quia corium est subtile. Sed alie sunt medicine erumpentes exituras fortes et acute ut sunt cauterizantes et facientes escaram sicut est predicta medicina que cauterizat et erumpit cutem qualitercumque sit siue grossa siue subtilis. modo quando Auicenna dicit quod si speratur quod exitura rumpatur cum medicinis facientibus eruptionem non debet erumpi cum ferro intelligit de medicinis leuibus facientibus eruptionem. tales autem medicine non semper erumpunt exituram si exitura sit grosse cutis. Et ideo tunc oportet perforare cum ferro non autem intelligit de medicinis erumpentibus acutis et cauterizantibus.

**Sed tunc dubitabit** aliquis ulterius quod est melius an perforare exituram cum ferro an cum talibus medicinis acutis et cauterizantibus ubi non possumus erumpere cum medicinis erumpentibus leuibus.

**D**icendum est ad hoc quod si apostema sit ex humoribus frigidis et humidis et sit rotunde figure et magne concavitatis. tunc est melior eruptio que fit cum medicina caustica: quia medicina caustica desiccatur et erumpit. Unde facit ibi duo bona. Sed si apostema sit ex humoribus calidis et sit longe figure ubi non oportet nisi perforare in longum. tunc est ibi melior perforatio que fit cum ferro quam cum medicina caustica propter eius acuitatem et caliditatem ipsius induceret ibi nimiam supercalescentiam: immo ut dicit Albucasis. Aliquando medicina caustica facit accidere in membro egritudinez difficilis sanationis et elongatur ipsius actio et nocumtum ad membra vicina. unde non competit nisi in predicto casu. Iterum sunt quidam homines valde abhorrentes incisionem: et in talibus etiam plus competit medicina caustica.

**De eruptionibus exituralibus. CAP. XXX.**

**E**xituras quidem saluas in quibus non est magna malicia aperit aqua calida et rumpit eas. putrefacte autem leduntur ex hoc vehementer propter illud quod attrahitur eis ex materia. et cum vides exituram quam aqua calida rectificat. tunc confide de bonitate eius.

**S**uperius Auicenna posuit regimen in speciali ipsarum exiturarum quantum ad perforationem cum ferro. In ista parte Auicenna ponit regimen speciale ipsarum quantum ad perforationem cum medicinis. et ponit Auicenna in capitulo plures medicinas speciales erumpentes exituras. Dicit ergo Auicenna. Exituras quidem saluas. Que autem sint exiture salue et que maligne. et etiam putrefacte que in predicto capitulo exiturarum. putrefacte autem leduntur ex hoc: id est ex aqua calida vehementer propter illud quod attrahitur ex materia. id est ex humoribus ad exituram. et etiam quia aqua calida addit in putrefactionem earum: eo quod aqua est calida et humida. talia autem sunt putrefactiva exiturarum in quibus est putrefactio. et ideo in talibus non competit aqua calida.

**De cura. CAPITVLVM XXXI.**



